UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

inuito ſocio, & uicino facere poſſes, vt ibi per iura,
quæ allegat, idemq; ponit in l. eos, qui eod. titu. & ad
prædicta omnia uideas omnino ea, quæ ponit Imol.
poſt Ang. in l. damni, §. cũ pariete in fi. uer. ff. de dam.
12 infec. ¶ Sexto † poſito etiã pariete ee cõem pro diui-
ſo, quod plus eſt, adhuc dico magiſtrũ Frãciſcũ parte
illius pilaſtri non poſſe tollere, ex quo hoc nõ eſt ne-
ceſſariũ pro ꝯſeruatione, & reparatione parietis cõis,
& in terminis induco tex. in l. pariete, ff. de ſer. urb. p̃d.
illũ intelligẽdo loqui etiã de pariete cõi pro diuiſo,
ut illũ intelligit Bar. in d. l. inter quos, ff. de dãn. infec.
& refert, ac ſequitur Io. de Imol. in d. l. ĩ parietis, ff. eo.
tit. nã dicitur in d. l. pariete, ꝙ alterutri uicinorũ parie
te cõem demoliẽdi, & illũ reficiandi ius non eſt, quia
non ſolus dominus eſt, quod intelligendum eſt quã-
do paries cõis non indigebat refectione, nec repara-
tione, alioquin ſolus poſſet reficere, d. l. in parietis, &
d. l. in reficiẽdo, ſi ergo uicinus pariete cõem demo-
liri non poteſt, ut illum reficiat, quando refectione
non indigebat, multo minus poterit eũ in totum, uel
pro parte demoliri, non vt reficiat, ſed vt ſic rema-
neat, & maximè quando ex illa demolitione, & de-
ſtructione deterioratio, ac ruina parietis cõis, & am-
barũ ædium ſequi deberet, vt in caſu nr̃o.. ¶ Septimo
13 † etiam poſito totum illud pilaſtrũ eſſe in ſolo magi-
ſtri Franciſci, cuius cõtrarium eſſe conſtat, tñ adhuc
dico, ipſum non poſſe illud in totũ, vel pro parte tol-
lere, qm̃ ex hoc uicino, ſeu ædibus illius præiudicium
fieret, & vbicũq; vicinus hẽt colũnam, ſeu pilaſtrum,
quæ, vel quod ſubſtineat onus ædiũ vicini, vt tigna,
& alia, tũc vicino domino colũnæ, & pilaſtri nõ licèt
colũnã, & pilaſtrum mutare, ſed vt eſt, & reperitur, re
tinere debet, quinimmo cõſeruare, & manutenere te
netur, vt poſſit onera ædium vicinarum perpetuo ſub
ſtinere, vt eſt tex. in l. eũ debere, ff. de ſerui. vrb. præd.
cum ibi not. ſed pilaſtrũ, de quo ſupra, ſubſtinet one
ra ædium Baptiſtæ de Gipſo, & ſuorum hæredum, ut
intuenti patet, ergo poſito totũ pilaſtrũ eſſe magiſtri
Franciſci, tamẽ ipſe illud manutenere tenetur, vt eſt,
& reperitur, vt onera ſubſtinere poſſit, non aũt pote-
rit in totum, vel pro parte tollere, maximè ſi ex hoc
ruina, & deterioratio parietis onera ferentis, & ruinã
etiam ambarũ ædiũ ſequeretur, ergo minus hoc face
re poterit, ſi pilaſtrum illud in totum non eſt ipſius
magiſtri Frãciſci, ſed cõe inter ipſos vicinos. ¶ Octa
uo licèt quis in ſuo poſſit facere id, quod ſibi placet,
14 & ſi noceat alieno, d. l. cũ eo cũ ſi. ſupra allegatis, † ta
men hoc eſt uerum, dummõ quis faciendo in ſuo de
alieno nõ tangat ſaltẽ mediatè, & in alienum aliq̃d
non immittat, aut de alieno aliquid non detrahat me
diatè, vel immediatè, ita dicit Pau. de Caſ. in d. l. cum
eo, & probatur in d. l. cum qui, & in d. l. quidam hybe
rus: ſed ex demolitione partis pilaſtri, de quo eſt lis,
detraheretur, ſeu tangeretur alienum ſaltem media-
tè, nam paries cõis poſitus ad onera ædium ferenda
rueret, & deterior efficeretur, ergo q̃uis pilaſtrũ illud
eẽt ſolius magiſtri Frãciſci, non eẽt ei de iure permiſ
ſum etiã pro parte illud tollere. ¶ Nono, & vltimo fa
cit, nam ex quo pilaſtrũ diu ſic mãſit, & per tm̃ tp̃s, de
cuius initio non exiſtit memoria, & intereſt vicini il
lud in totum, vel pro parte nõ tolli ſiue iure cõionis,
ſiue ſeruitutis, ſiue dãni, ſiue alijs de cauſis ſupra di-
15 ctis, cõcludẽdũ eſt † vetuſtatẽ vicẽ legis tenere, nec il
lud quoquo mõ amoueri poſſe, arg. tex. cũ ibi not. in
l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & ibi Scribẽ. ¶ Et ſequẽ-
do hanc partẽ de iure iudicio meo veriorẽ, reſtat, vt
adductis ſupra in cõtrariũ reſpondeatur, quibus licèt
ex prædictis ſatis reſpõſum appareat, tamẽ vnicuiq;
ſpecialius reſpondendo dicitur. Primò non obſtare,
ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, l. in re
mandata, C. manda. ergo licitum eſt magiſtr[o Franci-]
ſco tollere partem pilaſtri, quæ eſt in ſuo, qu[ia]
16 detur, ꝙ † cum vnicũ ſit pilaſtrum poſitum
tum ſuper ſolo vtriuſq; vicini, quamuis m[agis]
ſolo vnius, q̃ alterius extendat, non poteſt
prium ſimpliciter, nec vnius tãtum, ſed cõe
ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo iuxta ea, qu[æ]
tur per Pau. de Caſ. & Imo. poſt Bar. in d. l. in p[arietis]
& in d. l. inter quos, & iõ recurrendum erit ad
ſupra de pariete cõi ſunt dicta: vel ſecũdo p[ot-]
17 deri, ꝙ † in re propria, & in ſolo ſuo quis p[oteſt]
ædificare, ſeu facere, quod ſibi prodeſt, etiam
noceat, quando in alienum nihil immitter[et,]
de alieno tãgeretur mediatè, uel immediat[è,]
in d. l. quidã hyberus, & per not. à Pau. de Caſ.
cũ eo, & latiùs ſupra dictũ fuit. Et ex his ſecun[do]
argumento eſt reſponſum. ¶ Non obſtat te[r-]
pars dicti pilaſtri debeat tolli, ex quo appar[et]
fuiſſe clam poſitam, & ædificatam, quia prim[o]
detur non conſtare hoc uerum eſſe, nam to[tum pila-]
ſtrum ab eodem, q̃ tunc ambarum ædium d[ominus]
erat, fuit vno, eodemq; tempore poſitum, &
totum dicetur clam poſitum, aut nulla pars
quo infertur, ꝙ non põt competere interd[ictum quod]
18 vi, aut clam, q̃a † clam non poteſt dici qu[id]
niſi diuerſitatem perſonarum præſuppona[t,]
licet perſonam clam facientis, & perſonam
ius reſpectu dicatur clam factum, l. 1. & per
quod ui, aut clam: & iõ cùm probatum no[n ſit]
clàm fuiſſe factum, exceptio iſta nõ obſtab[it.]
19 ea † licèt etiam poſt annum detur interdic[tum quod]
ui, aut clam pro opere facto in loco abſcon[dito, ut ſu-]
pra, tamen fallit, niſi opus iam diu fuiſſet fa[ctum]
per tantum tempus, de cuius initio memori[a non ex-]
taret, ut eſt tex. clarus in d. l. 1. §. fina. ff. quo[d ui, aut]
20 clam. ¶ Non † obſtat, d. l. quidam hyberus,
tem, quia ille text. procedit, quando uicin[us]
caret in pariete communi, non mutando ſt[atum,]
nec illi præiudicium faciendo, ut ex ſupra d[ictis]
paret. Et ita in his magis iuris eſſe exiſtim[o.]
Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Paries ex quibus iudicetur proprius alicuius, & non com-*
1 *Perietis non eſt credendum.*
3 *In pariete, & ſolo alieno nihil inuito domino fieri ſe[u]*
poteſt, & factum: ſeu ædificatum poteſt à domino p[ro-]
ctoritate tolli.
4 *Conuentio per uerba generalia, & dubia inter empto[rem, & uen-]*
ditorem facta ſemper in dubio debet contra uend[itorem, & in fa-]
uorem ſolius emptoris interpretari.
5 *Stipulationis contractus ſolùm ad fauorem ſtipulantis [&]*
mittentem fieri dicitur.
6 *Domus, ſeu res uendita iudicatur ut aliena, & ipſius*
quoad conuentionem in uenditione factam, quod
aliarum domuum, ſeu rerum uenditoris debeatur.
7 *Verba dicta prędicta, præmiſſa, & ſimilia ſunt repetit[iua]*
tantum præcedentium cum ſuis qualitatibus.
8 *In re, & pariete communi quando uicinus inuito ſocio*
candi, & aliquid faciendi habeat, & quando non,
& 12.
9 *Tigna in pariete communi quando poſſint imponi, & qu[ando non.]*
11 *Parieti communi non poteſt per duos pedes, ſeu ſaltem*
adiungi id, per quod paries corrumpi, aut debilitari p[oſſit.]
12 *Contra ius ſeruitutis ædificari, ſeu aliquid fieri etiam i[n pariete]*
communi non poteſt.
13 *Domui uenditę, ſeu legatę, quę ſeruitutes ab alijs dom[ibus uen-]*
ditoris, uel teſtatoris ipſo iure conſtitutæ, ſeu debitæ
& quæ non.
14 *Et quid, ſi eſſet uendita cum ſuis iuribus, pertinentijs*
dinibus, & acceſſibus.

15 Seru

Seruitutes habentes cauſam continuam faciliùs conſtituuntur, & acquiruntur, quam habentes cauſam diſcontinuam.

Seruitus rei ſuæ, quæ non ſit duratura ſua, ab altera re ſua imponi poteſt, ſecus ſi eſſet duratura ſua.

EPITOME.

PARIETEM eſſe proprium unius, & non cum uicino communem, & in pariete etiam communi non poſſe tigna imponi, nec ſuper eo tectũ eleuari in caſu huius conſilii ex pluribus in eo concurrentibus, hìc demonſtratur.

CASVS CONSILII.

HIERONIMVS de Gabinis tres habebat domus contiguas, & inter ſe uicinas, inter quas erant parietes illam diuidentes, quorum aliqui, ut ex ſignis, & inſpectione peritorum conſtare poteſt, debent eſſe communes, & aliqui proprij ſingularum ædium, & inter cæteros parietes eſt unus, qui domũ mediã ab alia domo diuidit, & ex pluribus ſignis, ueluti ex inſpectione peritorũ apparere poteſt, in totũ ad domũ mediam ſpectare deberet, tũ quia ſolùm fert tigna, & onera dictæ domus & non alterius, tũ quia in illo ſunt tres feneſtræ ſeruiẽtes duntaxat domui mediæ, ex quibus domus media lumen recipit, nec fortè aliũde recipere poſſet, tũ quia dictus murus ex latere domus uicinæ ẽ poſitus in quodã cortili aperto, nec illius domus tigna, nec onera aliqua recipit. Quã domũ mediã cũ præfatus Hieronymus iã multis annis elapſis uẽdidiſſet cũ ſuis iuribus, conſuetudinibus, & pertinentiis ſer Gaſpari de Pontiſellis cũ pacto ẽt per huiuſmodi uerba facto, & cõcepto, conueniẽs inſuper dictus Hieronymus uẽditor cũ dicto ſer Gaſpare nominibus, quibus ſupra, ſtipulante, ꝙ omnes muri domorũ dicti uenditoris ſiti tàm à latere deſuper, quã à latere de ſubtus, & tàm à terreno, quã à taſſello, ac etiã reſpectu hortorũ dictarũ domorũ, quã aliter, eſſent, & eſſe deberẽt, & ſic eſſe, & cenſeri cõuenit cões inter dictas domos dicti Hieronymi, & domũ prædictam uenditam: Et poſteà per aliquos idẽ Hieronymus uendiderit cuidã Thomæ aliã domum uicinã, & contiguã domui mediæ prædictæ, inter quas domus exiſtit dictus paries poſitus in dicto cortili in quo ſunt dictæ tres feneſtræ, cumq; Thomas præfatus ultimus emptor uelit nũc in dicto pariete tigna imponere cauſa eleuãdi unũ tectum ſuper dicto cortili, & iuxta ipſum parietẽ apponere, & facere unum corridoriũ, ſeu põticellum, inuito dicto ſer Gaſpare, imo ipſo expreſsè prohibente, & allegante, dictũ murũ non eſſe communẽ, ſed propriũ ipſius, & ideò nõ licere Thomæ in illo aliquid facere, & ædificatũ poſſe propria auctoritate tollere, nec obſtare couuẽtionẽ, ut ſupra, factã inter Hieronymũ uenditorẽ, & ſer Gaſparẽ emptorẽ ex pluribus ab eo deductis, quinimo etiam ſi paries hic eſſet cõmunis tamen Thomam uicinũ non poſſe in eo prædicta facere ex multis oppoſitis, & deductis ipſo ſer Gaſpare dicente, & allegãte, quid iuris ſit ſtãtibus præmiſſis, dubitatũ fuit.

CONSILIVM CXXXII.

IN præſenti cauſa concludo ad fauorẽ ſer Gaſparis contra dictũ Thomam eius uicinũ, quòd in dicto muro Thomas non poteſt tigna imponere, nec ſuper eo tectum eleuare, nec iuxta illũ corridorium, ſeu ponticellum facere, ex pluribus rationibus, iuribus, & argumentis
1 & primò, † quoniam, ut ex pluribus ſignis, & ex euidẽtia facti apparet, dictus paries naturali ratione ad ædes ipſius ſer Gaſparis ſpectat, & eſt illius proprius, quia recta linea eſt poſitus in ſolo ſer Gaſparis, nec aliter periti ex eorum peritia iudicãt, nec iudicare, poſſunt, nã ſolùm ex parte domus ſer Gaſparis ſunt ſuper illo muro impoſita aliqua tigna, quod eſt ſignum, ꝙ paries ſit proprius dicti ſer Gaſparis arg. no. per Bart. in l. damni, ibiq; doct. in §. cum parietẽ, ff. de dam. infect. & per Ang. in l. hoc quod dictum, §. ſi ex tribus, ff. de ſeruit. urba. prędio. Item in dicto pariete ex parte domus dicti ſer Gaſparis ſunt tres feneſtræ per forantes totũ parietem, per quas ſer Gaſpar lumẽ in ædibus ſuis recipit, tales enim feneſtræ fiũt in muro proprio, & nõ in alieno, nec in communi. l. quidã hyberus, & l. pen. ff. de ſeruit. urba. prędio. Item ſuper illo pariete fundatum, ſeu impoſitũ eſt tectum domus dicti ſer Gaſparis, ergo illius proprius eſſe dicetur, arg. l. ſi ædes cum gl. ff. cõmuni diuidun. nã ex quo dictus paries ſubſtinet dumtaxat onera domus ſer Gaſparis, & non uicini, proprius ſer Gaſparis eſſe dicitur, quia per ſignum cognoſcitur ſignatũ, l. 1. §. ſi intelligatur, ff. de ædil. edic. l. ſtigmata, & ibi Bart. C. de fabricen. li. 11. & per Bal. in auth. dos data C. de dona. an. nupt. Et ut dixi, ex ſignis prędictis, & ex alijs etiam periti ex eorum peritia non poſſent aliter iudicare, niſi quòd pa-
2 ries eſſet proprius dicti ſer Gaſparis, † quibus peritis, in hoc eſt credendũ, ut in Auth. de non alien. §. quod autem dictum colla. 2. & no. gl. in §. præterea per alluuionem inſti. de rerum diuiſ. l. 1. in prin. ff. de uentre inſpicien. c. propoſuiſti, ubi plenè habetur per Abb. & alios ſcriben. extra de probat. & ponunt Moder. in tra-
3 ctat. de ſeruit. in tit. de pariete, & muro: Si † ergo paries dicitur eſſe proprius ſer Gaſparis, ſequitur, quòd in illo non eſt licitũ uicino aliquid facere inuito ſer Gaſpare l. quemadmodũ, §. ſi proiectũ ff. ad l. acquil. & ibi plenè habetur, & not. per gl. in l. ſi uitẽ, §. ad ianuã, & ibi Bart. ff. quod ui, aut clã, l. ſed ſi inter. in prin. ff. de ſeruit. urba. prædio. non enim debet quis inuito domino aliquid in alieno facere, l. quoſdã, C. de metallar. & meta. li. 11. & no. per glo. in d. §. ſi proiectum l. hoc, quod dictum in prin. ff. de ſeruit. urba. prædio. quinimo ſi quid factum, uel ædlficatum fuit ſuper dicto muro, licitum & permiſſum eſt de iure ipſi ſer Gaſpari illud tanquam in ſuo factum propria auctoritate tollere, ut eſt tex. in d. §. ſi proiectum in fin. uer. & ibi glo. in uer. potuit, & probatur in d. §. qui ad ianuã, & ibi Bart. & in d. l. 1. §. interdictũ, ff. uti poſſid. l. ſed & ſi inter. in prin. ff. de ſeruit. urb. prædio. ibi aut rem perdere, & ibi glo. ¶ Nec præmiſſis obſtat conuentio facta inter dictum ſer Gaſparem emptorẽ ex una, & dictũ Hieronymum uenditorem ex alia, de qua ſupra in puncto mentio facta fuit, & per quam uidetur actum, quòd omnes muri ædium Hieronymi uenditoris, qui domũ mediam ab aliis domibus diuidebãt, deberẽt eſſe inter ipſos cõmunes, & tempore, quo dicta cõuentio facta fuit, adhuc domus media uendita ſer Gaſpari erat ipſius Hieronymi, quia uenditio nondum fuerat perfecta, nec domus ſer Gaſpari tradita, ut colligitur ex not. per Bart. in l. & qui duas, ff. de ſeruit. urba. prædio. ergo ex dicta cõuentione paries prædictus cõis factus uidebatur, quãuis ſi ea facta nõ fuiſſet, paries in totũ ad domum emptam per ſer Gaſparem pertinuiſſet, uerba enim cõuẽtionis generaliter poſita ſunt generaliter intelligẽda, l. 1. ad fi. ff. de aleato. & l. in fraudẽ. in fi. ff. de milit. teſta. & ex ſui generalitate poſſunt intelligi ẽt ad fauorẽ Hieronymi uenditoris appoſita, ut omnes muri ſuarũ ædiũ dicantur reſeruati cões, & cui uerba cõueniunt, conuenit etiã diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec. l. in fraudem in fin. de milit. teſtamen. & d. l. 1. de aleato. Quia ſal-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

uando prædicta ad fauorem dicti ſer Gaſparis reſpon
4 detur,ꝙ † conuentio ſupra dicta debet intelligi facta
dũtaxat ad fauorẽ ſer Gaſparis, & non Hieronymi uẽ
ditoris,nec ſuorum ſucceſſorum,& ꝯñr per illam ſo-
lũ muri aliarum ædium dicti Hieronymi, qui aliàs
cões non fuiſſent, ſi dicta conuentio nõ fuiſſet facta,
cenſentur eſſe cões facti, & non muri mediarũ ædiũ
ſer Gaſpari uẽditarum,qui naturali rõne, & ex ſignis
proprijs dictarum mediarum ædiũ apparẽt ,cẽſentur
effecti cões. Primò, quia licèt uerba ex ſui generalita
te ſint apta utrunq; importare,& ex eorum generali-
tate ſit dubiũ, an cõtrahẽtes uoluerint ſolùm muros
aliarum ædiũ dicti Hieronymi eſſe cões,an uerò etiã
muros mediarũ ædiũ,& ꝯñr an conuẽtio fuerit facta
ſolũ ad fauorẽ dicti Gaſparis emptoris, an uerò etiã
ad fauorẽ Hieronymi uenditoris, tamen debent in-
telligi prolata ſolũ ad fauorẽ ſer Gaſparis emptoris
contra Hieronymum uenditorẽ, quia ubicũq; inter
emptorem, & uenditorem fuit facta conuentio per
uerba generalia, & dubia apta interpretari ad fauorẽ
utriuſque, ſemper in dubio,niſi aliter expreſsè appa-
reat,debẽt ad fauorẽ ſolius emptoris contra uendito
rem interpretari, ut uoluit Dyn. in regula contra eũ.
de reg.iu. in 6.per illũ tex.& per tex.in l.cũ in l.& in l.
labeo,ff.de contrah.empt.& in l.ueteribus,ff.de pact.
ponitq́; exemplũ ferè in terminis noſtris,pone.n.in-
quit,quis habebat binas ædes, quæ hinc inde ſtillici-
dia aliarum ædium recipiebãt non iure ſeruitutis,q̃a
à re propria non põt rei propriæ ſeruitus deberi,imò
ſi extaret, extingueretur, ut in l.in re cõi, & l.ſi quis
ædes,cũ ſi.ff.de ſeruit.urba.præd. Et uenditor tempo-
re uenditionis,& traditionis rei cõuẽtionẽ fecit dicẽ
do,ſtillicidia,uti nũc ſunt, ita ſint,nã hæc uerba ſunt
apta intelligi etiam ad fauorem uenditoris ex ſui ge-
neralitate,& tamẽ ſolũ ad fauorẽ emptoris interpræ
tantur adeò, ꝙ ſtillicidia ędiũ emptarũ debẽt ab alijs
ædibus uẽditoris recipi,& non econtra,qm̃ imputan
dũ eſt uenditori, qui legẽ apertiùs dicere debebat,&
de hoc eſt tex.clarus,& in terminis in l.ſi arborem,§.
hæc lex, ff.de ſeruit.urba.præd. & ibi hoc uoluit etiã
Paul.de Caſ.qui not.loquitur, faciẽdo.n.conuentio-
nem per uerba generalia,& non ſpãlia ſemper debet
intelligi,ut uenditor uoluerit illam facere ad fanorẽ
merũ ſoliùs emptoris, & uerba generalia ſemper cõ
tra uẽditorem interpretantur,ut eſt tex.in d.l.cũ in le
5 ge,& d.l.labeo cũ ſimil. ¶Secundò † hoc apparet ẽt
ex ipſa conuentione,perquã ſerGaſpar ſtipulatus fuit
à Hieronymo uenditore promittente, & cõueniẽte,
ut patet ex illis uerbis conuentionis,cõueniẽs dictus
Hieronymus uenditor per ſe,& eius hæredes,& ſuc-
ſſores cũ dicto ſer Gaſpare,ut ſupra,ſtipulãte, nã q̃ ac
quirit,ſtipulatur,& qui promittit, ſe obligat l. plures
ff.de dam.infec.& not.in l.1.in prin.& in l. ſtipulatio
iſta.§.alteri.ff.de uer.obl.& in §.alteri. Inſtit.de inuti.
ſtipu. vnde contractus ſtipulationis dicitur cõtractus
non ultro,citroq́; obligatorius,ſed ex una parte tan-
tũ,nam qui promittit,ſolùm ſe obligat, & qui ſtipula
tur,ſolùm ſibi acquirit,ut in §.ſi.Inſtit.de obli.iunctis
not.in l.labeo,§.contractum,ff.de uerb.ſigni.& habe
tur in d.l.ſtipulatio iſta §.alteri,& in l.1.per gl. ac etiã
in rub.ff.de uerb.obligat.& ſic contractus ſtipulatio-
nis ad fauorẽ ſtipulantis tantũ contra ipſum promiſ-
ſorem fieri dicitur,ergo cõuentio facta in caſu noſtro
inter ſer Gaſparem ſtipulantẽ,& Hieronymum con-
uenientem,& promittentem debet dici facta ſolùm
ad fauorẽ ſer Gaſparis ſtipulantis contra ipſum Hie-
ronymum, quia hæc eſt natura ſtipulationis. Præte-
rea ſi benè etiã alia uerba conuentionis conſideren-
tur,manifeſtè conſtabit, cõuentionem prædictam de
bere intelligi de muris aliarum domuum uenditoris

& non de muris domus mediæ ipſi ſer Gaſpa
6 tæ,quoniã† de domo uendita quoad conue
generaliter factam inter emptorem,& uend
dicatur, ut de domo aliena, hoc eſt ut de do
ptoris,ut probatur in l.& qui duas,cũ ſequen
nemo,& ibi Bar.ff.de ſeruit.urb.p̃d.nam à re p
non põt rei propriæ ſeruitus imponi,ſed alie
res ſua nemini ſeruit l.in re cõi,& l.ſi quis ęde
tit.Et tamen inter emptorem, & uenditorẽ p
pore uenditionis,& traditionis conueniri,ut
ditæ ſeruitus ab alia re uẽditoris debeatur, q
uendita iudicatur,ut de re emptoris, & ſic u
na,quãuis ante,quàm emptio perficiatur,&
tur,adhuc in dominio uenditoris eſſe dicatu
quoad cõuentionẽ factam in caſu noſtro,iu
bet de domo uendita,ut de domo aliena emp
nõ ipſius uẽditoris, ex quo ſequitur,ꝙ dum
tione dictũ fuit,quòd omnes muri domorũ
ditoris eſſent cões,debet intelligi de muris a
morũ uenditoris, & nõ de muris domus uẽd
ſuadetur etiã ex uerbis poſteà ſubſequentibu
bus p̃cedentia declarãtur arg.l.ſi ſeruus plu
cum ſimilib.ibi allegatis,ff.de leg.1. in quibu
ꝙ omnes muri domorum dicti uenditoris
dictã domũ uenditã à domibus prædictis d
toris ſitis, tàm à latere deſuper,quàm à lat
tus & c.ex quibus uerbis conſtat,ꝙ dũ facta
tio de omnibus parietibus domorũ dicti u
conueniẽtes uoluerũt intelligere de omni
aliarũ domorũ dicti uẽditoris ſitarum à late
de muris domus mediæ uenditæ,pro ut uer
tia ſatis apertè declarãt. Idem colligitur ex il
à domibus prædictis dicti uẽditoris ſitis à lat
uerba repetũt eaſdem domos,de quibus ſup
tionem fecerat, dum dictũ fuit,quod omnes
7 morũ dicti uenditoris & c.quia † hæc uerba d
dictis, præmiſſis, & ſimilia ſunt repetitiua re
præcedẽtium cum ſuis qualitatibus iuxta ea
betur per Bar.in l.ſi quis ſeruum §.ſi.ff.de leg.
ſanctio legũ,ff.de pœn.& hic clarè colligitur,
nis dictorũ ſer Gaſparis,& Hieronymi fuiſſe
per illã conuentionem muri aliarũ domorũ
tur cõmunes domui mediæ ſer Gaſpari uẽdita
è contra. ¶ Vel poſito,ſed non cõceſſo,ꝙ pa
cto cortili poſitus, & in quo ſunt dictæ tres
ſit cõis inter ipſum ſer Gaſparem,& Thomã
ex conuentione ſupra dicta, tamen, adhuc co
Thomam nõ poſſe in illo aliquid facere, nec
re, nec iuxta corridoriũ,ſeu ponticellũ perd
des ponere,nec aliquid facere,per quod fene
8 ſer Gaſparis claudantur,& obſcurentur,quon
re cõi uicinus inuito ſocio ius ędificandi no
l.ſed ſi inter,in prin. & in ſi.ff. de ſerui.urb.p
re cõmuni de reg.iur.in 6.& hoc,quando ex
ficio res cõmunis, uel ſocii efficeretur deter
res cõmunis eſſet ad hoc inuẽta,ſeu parata, u
in l.ſabinus,& ibi glo.ff.communi diuidun.l.
hyberus,& l.ſiſtulam,ff.de ſeruitu.urba. præd
betur per Paul.de Caſt.in l.res,eod.tit.uel qu
ret aliquid, quod nõ eſſet in re communi nec
ut eſt neceſſaria refectio:idem uoluit Paul.de C
l.in re communi,ff.de ſeruit.urba.prædio. &
& facit tex.cum glo.in l.cum duobus,§.item
pro ſocio, idemq́ue expreſsè uoluit Bartol.
nius Angel.in dicta l.quidam hyberus,ac etia
poſt Bartolum in l.damni,§.cum parietem ff.d
infect.ubi ex eorum dictis colligitur, quod eg
ſum prohibere ſocium, ſi iniuſtè in re cõi ædi
cus ſi iuſtè & eo caſu, quo iniuſtè ædificat, ſi
me ſciẽte,& patiente,& nõ prohibente, mihi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

fur,d.l.ſabinus,ſi uerò dubitetur,an iuſtè, uel iniuſtè
aliquid faciat,uel ædificet in re cõmuni,ut in pariete
ur quia dubiũ ſit,an res cõis ex hoc deterior reddere-
tur,nec ne,& an ædificiũ eſſet pericoloſum,nec ne,&
tunc poteſt in re cõmuni ædificari,ſed ſuccurſum eſt
per remediũ cautionis de damno infecto,ut declarat
Bar.in d.§.cũ parietem,qui ita declarat tex.in d.l.ſabi
nus,& illũ doct. cõmuniter ſequũtur,ut ibi per Paul.
de Caſt.& Ang.& Imo.ibi poſt Bar.in d.l.quidã hybe-
rus,inquit,ꝙ ſocius,inuito ſocio,nõ poteſt murũ cõ-
munem eleuare,ſed benè licitũ eſt ei facere cubã ca-
mini,per quã fumus, ſeu flamma familiaris exit, qm̃
familiaris ignis nõ ſolet ſic parietẽ exurere,ſicut igni
furni,uel balnei,& ideò nõ poteſt muro cõi adiungi
fiſtula furni,ſeu balnei,per quã fumus, aut flãma exit
d.l.quidã,& d.l.fiſtulam,nec etiã licitũ eſt facere fene
ſtram perforantẽ totũ parietem, quia per eam muta-
retur facies parietis,& ex ea murus debilitaretur, ſe-
cus ſi uicinus uellet in re cõi, ut in pariete aliquid fa-
cere,per quod non deterioraretur,ſed potius illi pro-
deſſet etiã quoad ornatum dũtaxat,ut ſi uellet incru-
ſtare,ſeu pingere,ueluti habetur in d.l.quidã hyberus
& ita poteſt intelligi.l.ſi ut proponis, C.de ædific.pri-
ua.& dicit Dyn.in d. c.in re cõmuni,concordando iu
ra loquentia de eo, qui uult in re cõmuni ædificare,
quem uidetur approbare Bart.in l.ſi ædes,ff.cõmuni
diuidun.qui text.probat, ꝙ in re communi quis po-
teſt inuito ſocio ædificare,& ſic aduerſatur tex.in d.l.
ſabinus, in d.c. in re cõmuni,& in dicta l.ſed ſi inter,
cum ſimilibus,ꝙ ſocius poteſt,inuito ſocio, in re cõ-
muni ædificare, uel aliud faccere quãdo res fuit ad il-
lud parata,ſeu inuenta,& deſtinata,d.l.ſi ædes, & d.l.
cũ duobus,§.item mela,ſi autẽ uelit facere aliquid,ad
quod res cõmunis non fuit deſtinata, tunc ſi intereſt
uicini prohibentis,ut quia res cõmunis debilitaretur
ſeu aliter detetioraretur,non poteſt ædificare,ſed me
lior eſt conditio prohibentis, d.l.ſed ſi inter, d.l.ſabi-
nus,d.c.in re communi,d.l.quidam hyberus,& d.l.fi-
ſtulam,cum ſimilibus, ſi uerò non intereſt prohiben
tis,tunc poteſt inuito uicino prohibente ędificare d.
l.fiſtulam,& d.l.quidam hyberus,ueluti ſupra dictum
fuit poſt lo.de Imo.Et hæc omnia ſunt de mente glo
ſſæ,in d.l.ſabinus,& in d.§.item mela: Sed in caſu no-
ſtro uicinus dicti ſer Gaſparis imponẽdo tigna in mu
ro cõmuni,& ſuper eo imponendo,ſeu eleuando te-
ctum,& addendo corridorium,ſeu ponticellũ nõ ute
retur re cõmuni ad uſum deſtinatũ, quia ex latere di
cti uicini murus nõ fuit ad onera ferenda paratus, ut
ex inſpectione euidẽter apparet,quoniã ex latere ſuo
nunquã fuerunt in eo tigna impoſita, ex quo ſequi-
tur,ꝙ ex latere uicini ad hoc non fuit paratus, & con
ſequenter uicinus in illo tigna apponere non poteſt,
nec ſuper eo tectũ eleuare, ut not.determinant Mo-
dern.in tract. de ſerui.urban.prædio.ſub rub.de ſeruit.
ne lumi.offic.in fi.uerb.& in tit.de feneſtra in pe.col.
qui dicunt,ꝙ ſi quis in re cõmuni ædificat, & ex hoc
lumina domus ſocij obſcurentur, is nõ poteſt formã
antiquã alterare,& ſi nunquã in illo muro cõi fuit ędi
ficatũ,non poteſt ædificare, cũ per illud ædificiũ res
ſocij uicini efficeretur deterior. per d.l.ſabinus, cum
ibi not.& idem uidentur uelle,in d.rub.de feneſtra in
pe.col.uerſi.ſed ubi murus nõ eſſet deſtructus,dũ di-
cunt,ꝙ ſi murus,communis non eſt paratus ad ædifi-
cium,ſed fortè ad diuidendũ tantũ,uicinus non pote
rit in illo ædificare,nec aliud facere, per quod res ui-
cini deterior efficeretur, & ideò inuito ſocio nõ eſt li
citũ in muro communi feneſtrã facere, ut dicit text.
in d.l.pen.ff.de ſerui.urba.prædio.& hoc non ex alio,
niſi quia facies muri mutaretur, & debilitaretur, pa-
ries,& conſequenter res uicini efficeretur deterior,
ut etiã uoluit Ang.& ſequitur Imo.in d.l.damni,§.cũ
parietẽ: & propterea in caſu noſtro nõ erit licitũ uici
no,inuito dicto ſer Gaſpare,imponere tigna, nec ſu-
per eo tectũ eleuare,nec illi admouere corridorium,
ſeu ponticellũ, quia murus debilitaretur, & illius fa-
cies mutaretur,& cõſequenter,ſer Gaſpari præiudica
retur,quia ẽt eius feneſtræ,ex quibus lumẽ recipit,ob
ſcurarẽtur per prædicta. ¶ Confirmãtur ẽt præmiſſa,
9 † nã,ut mihi uerbo fertur, murus ẽ ſubtilis,nec aptus
ad onera uicini ferẽda propter eius debilitatẽ,& gra-
cilitatẽ,& conſequenter ad hoc paratus nõ fuit,ergo
in,& ſuper eo onus tignorũ,& tecti imponi nõ poteſt
per tex. in l.in parietis cũ,l.ſequen.ibiq; Bar. & alij,ff.
de dam.infec.& ad propoſitũ benè faciũt optima uer
ba Veronẽſium in tract.de ſerui.urb.prædio.ſub rub.
de ſeruit.tigni immite.in 4.q. qui poſt Ang.in d.l.qui
dã hyberus dicunt,ꝙ ſi in muro communi tigna eſſe
cõſueuerint,poſſunt in eo antiqua tigna,ſeu in locis,
in quibus antiqua tigna erãt,imponi, quia per hoc ni
hil innouatur,aut loquimur de nouis tignis in muro
cõi immittẽdis,prout eſt caſus noſter, & intelligo de
nouis etiã in aliis partibus muri,quã ĩ illis, in quibus
antiqua erant,& tunc ſi paries cõis eſt cõmuniter ac-
quiſitus,ſeu paratus,ut onera utriuſq; ſubſtineat, no-
ua tigna uicinus põt imponere,d.l.ſi ædes cũ gloſſ.ff.
com.diui. Idẽ ſi non eſſet expreſsè acquiſitus, ſeu pa-
ratus ad onera ferẽda,ſed ex ſui firmitate, & groſſita-
te eſſet aptus onera uicini, & noua tigna ſupportare,
abſq; dãno uicini,nã tunc poterũt noua tigna,& one
ra imponi,d.l.ſi ædes,d.l.cũ duobus,§.itẽ mela,& me
liùs probatur,in l.cuius ædificium de ſerui.urb.præd.
Secus ſi paries non eſſet aptus, nec idoneus ad feren-
dũ tigna noua,& onera uicini,quoniã illa imponi nõ
poterũt,ex quo non erant ſolita imponi, d.l.in parie-
tis cũ ſequen.d.l.cuius ædificium,& Veronen.in tra.
de ſerui.urb.præd.ſub rub.de muro,& pariete, in fi.6.
col.uerſi.aut quis uult altius tollere: quæ omnia ſunt
ad caſum noſtrũ benè notanda. ¶ Corroboro etiã prę
dicta per tex.notabilem in materia parietis cõmunis,
ſecundùm quod dicit Bart. in l.fiſtulam, ff.de ſeruit.
10 urb.præd.ubi colligitur,quòd † in cõmuni pariete nõ
licet aliquid,ĩuito uicino,facere,uel apponere, quod
per ſe,ſubducto pariete ſtare nõ poſſet, uel per quod
refectio pariectis neceſſaria poſſet impediri,& habe-
tur per Bar.in d.l.quidam,ſed tigna,quæ uicinus uult
imponere,& tectum,quod ſuper muro uult impone-
re,ſubducto muro,per ſe ſtare nõ poſſent, quia ſubla-
to fundamẽto ædificium ruit,c.cũ paulus, 1.quæſtio.
1.& l.egi tecũ,ff.de excep.rei iudi. ergo &c. Præterea
11 facit id,quod † uoluit gl.& ſequitur Bart.in d.l.quidã
hyberus, qui uolunt, ꝙ parieti communi non poſſit
per duos pedes,uel ſaltẽ per unum adiungi,& apponi
id,per quod murus corrũpi,ſeu debilitari poſſet per il
lum textũ.ſed per impoſitionẽ nouorum tignorũ, &
tecti, quod uicinus uult ſuperimponere, murus cõis
propter eius gracillitatẽ debilitaretur,& corrumpere
tur,ut habetur in dicta l.in parietis cum ſequen.ergo
12 &c. ¶ Accedat ad hæc,† uicino non eſſe licitũ ædifica
re in dicto pariete, poſito etiam illũ eſſe communẽ,
ex quo per tale ædificium clauderentur, ſeu obſcura-
rentur feneſtræ, quas ſer Gaſpar in dicto pariete hẽt,
& per quas lumen in domo ſua recipit, quoniã fieret
contra ſeruitutem ipſi ſer Gaſpari, ſeu eius domui de
bitam,& contra ius ſeruitutis aliquid ædificari,ſeu fie
ri non poteſt, l. 1.ff.de ſeruitut. urbanorum prædio-
rum,l.per fundum,ff.de ſeruitut.ruſtic. prædio.l. do-
mum cum ibi not.ff.de regulis,iur.cum ſimilibus.Et
13 prædicta demonſtro,quoniã † quando quis habet,bi-
nas ędes,& alteram ſimpliciter uendidit,uel legauit,
in dubio domui uenditæ, ſeu legatæ dicuntur ipſo

iure cōſtitutæ ſeruitutes habētes cauſam continuā,
ut illi domui debeātur ab aliis domibus ipſius uēdi-
toris, niſi aliter expreſſè cōuētū eſſet, ſecus cōtingit
quoad ſeruitutes habētes cauſā diſcontinuā, quæ nō
dicūtur, nec cēſentur cōſtitutæ, nec acquiſitæ domui
uēditę, ſeu legatę, niſi expreſſū fuerit, ut quia dictum
ſit, uēdo, uel lego domū cū ſuis iuribus, pertinentiis,
acceſſibus &c. ut uoluit no. Bar. quē Do. cōiter ſequū
tur, in l. 1. ff. de ſerui. lega. & habetur per Paul. de Caſt.
Io. de Imol. & Roma. in l. quod cōclaue, ff. de dam. in
fe, q dicūt hoc magis cōiter teneri, uidelicet non eſſe
differentiā in hoc inter cōtractus, & ultimas uolūta-
tes, & an altera domus legetur, an uēdatur, quamuis
Bar. in d. l. quod conclaue, quē ſequuntur Ang. ibi, &
Moder. Veron. in trac. de ſerui. urb. præd. ſub. ru. de ti
gno iniūcto, uoluerit cōtrariū: Sed primū dictū eſt ue
riùs, & magis cōe, ueluti pręfati Doc. affirmāt: & ideò
ſi domus uēdita habebat feneſtras, per quas lumē re-
cipiebat ex alia domo uēditoris, cēſebitur ipſo iure ac
quiſita ſeruitus domui uēditæ, ne obſcurentur lumi-
na, & ut poſſit liberè lumē iure ſeruitutis recipere ex
feneſtris, ex quibus ante uenditionē recipiebat, quia
hæc eſt ſeruitus continuā cauſam habēs, ut eſt tex. cū
ibi not. in l. binas, ff. de ſerui. urb. præd. & habetur per
Bar. in d. l. 1. & per doc. cōiter, in d. l. quod cōclaue: er
gò ſequitur, ꝙ in caſu noſtro ex quo tēpore, quo do-
mus ſer Gaſpari uēdita fuit, ea habebat feneſtras in di
cto pariete, ſeruitus dicetur ipſi domui uēditæ conſti
tuta, & acquiſita, & cōſequenter nec per Hieronymū
uicinū uenditorē, nec per eius ſucceſſorem feneſtræ
prædictæ, claudi, ſeu obſcurari poterūt, quia cōtra ius
ſeruitutis fieret. Et ꝙ fuerit in caſu noſtro luminū ſer-
14 uitus cōſtituta, ut ſupra, apparet, quia † Hieronymus
uēdidit ſer Gaſpari domū mediā cū ſuis iuribus, per-
tinētiis, cōſuetudinibus, & acceſſibus, &c. quo caſu ex
preſſè dicitur actū, & conuentū, ꝙ ſeruitutes etiā di-
ſcōtinuæ ſint impoſitę, & acquiſitæ rei uēditæ, & ſibi
debitę ab aliis rebus uēditoris, ut not. uoluit, Bart. in
d. l. 1. & ſequuntur oēs, nemine diſcrepante, in d. l. qđ
cōclaue poſt Bar. & habetur ēt per Paul. de Caſt. in l.
binas ædes, la 1. ff. de ſeruit. urba. præd. Et ſi hoc dici-
mus in ſeruitutibus habētibus cauſam diſcōtinuā pro
pter illa uerba, multo magis idem dicēdū eſt in ſerui-
tutibus habētibus cauſam continuā, qualis eſt ſerui-
tus luminū, ut ſupra, ut per illa uerba uēdo cū ſuis iuri
bus, cōſuetudinibus, & pertinentiis ſeruitutes haben-
tes cauſam continuā dicantur domui uēditæ cōſtitu-
15 tę, & acquiſitæ, quia † faciliùs conſtituuntur, & acqui-
runtur ſeruitutes habentes cauſam continuā, quam
habētes cauſam diſcōtinuā, primæ. n. ipſo iure poſſūt
acquiri abſq; impoſitione domini, d. l. binas: ſecūdæ
uerò non, niſi expreſſè agatur, l. ſi quis ædes, l. & qui
duas, & l. nemo, ff. de ſerui. urb. præd. Expreſſè aūt dici
tur agi, quando appoſita fuerūt illa uerba, vt per Doc.
in d. l. quod cōclaue, & in d. l. 1. Ex quibus infero, ꝙ in
caſu noſtro cū tacitè, & expreſſè ſeruitutes luminū di
cātur cōſtitutæ, & acquiſitę domui uēditæ ipſi ſer Ga-
ſpari, nō poterit per uēditorē, ſeu eius ſucceſſorem in
alijs ædibus uicinis, aliquid fieri, nec ædificari, per qđ
feneſtræ prædictæ obſcurentur, quia ſic fieret, contra
ius ſeruitutis per prædicta. ¶ Nec obſtat proximè ad-
ductis, ꝙ ex præmiſſis uidetur præſupponi unū abſur-
dū, uidelicet ꝙ uenditor, dum adhuc eſt dominus do
mus, ſeu rei uēditæ, dicatur poſſe ſeruitutē rei ſuæ im
ponere, ut rei ſuæ ſeruiat cōtra, l. in re cōi, & ī l. ſi quis
16 ædes, ff. de ſerui. urb. præd. Nā dicas, ꝙ † licet quis rei
ſuæ, ut alteri, rei ſuę ſeruiat, ſeruitutē imponere non
poſſit, rebus illis durātibus ſuis, ut ſupra, tamē pōt ſer
uitutē rei ſuæ imponere, ut alteri, rei ſuæ ſeruiat, quæ
nō eſt duratura ſua qm̄ tempore uenditionis, & tradi-
tionis rei ſuæ pōt ſeruitutē conſtituere, cū ...
uēdita iudicetur, ut de re aliena, ut eſt tex. in l.
duas, & ibi Bart. & in l. nemo, ff. de ſeruit. urb.
ibi Paul. de Caſtr. & eſt ueriſſimū, prout colli...
iis, quæ uolūt Bar. & alij cōiter, in d. l. 1. ff. de ...
& in d. l. quod cōclaue. ¶ Nō obſtat etiā unū ...
ma facie ſtringere uidebatur, uidelicet, ꝙ ...
tus pręſertim urbana in dubio unquā impoſi...
matur, niſi illa ꝑ inſtrumentū publicū probe...
quodā ſtatuto huius ciuitatis cauetur, quod ...
de ſeruitute feneſtrarum loquitur, quia ad hoc
eſt reſpōſio, & primò, ꝙ ex quo per inſtrumē...
cū probatur, ꝙ vēditor uēdidit, & tradidit rē ...
tp̄s, & tēpore uenditionis habebat facultatē ...
& feneſtrarū, in conſequentiā neceſſariā dic...
ſo iure per inſtrumentū publicū probari, fuiſ...
tutā ſeruitutē luminū, & feneſtrarū, quæ dici...
tus cōtinua per no. à Bart. in d. l. 1. & per Doct.
quod cōclaue. Præterea & ſecūdò dico, ꝙ in ...
ſtro ex quo domus media fuit uēdita ſer Gaſp...
ribus, cōſuetudinibus, & pertinētijs ſuis, exp...
inſtrumētū dicitur cōſtituta non mō ſeruit...
nua, ſed ēt habens cauſam diſcōtinuā, quæ d...
cōſtituitur, & acquiritur l. foramen cū ſimil...
leg. ff. de ſerui. urba. præd. Ex quibus cōſtat ...
ꝙ in caſu noſtro ſeruitus luminum, & fene...
tur expreſſè probari per inſtrumentum, ...
quenter non ſumus in caſu, in quo ſeruitus ...
tur. Cæteris, quæ in contrarium poſſunt add...
reſponſio ex prædictis apparet. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Domum unam ex pluribus, uel partem unius domus ...*
dat, an, & quæ ſeruitus huic inde conſtituta, & re...
catur, & nu. 9. & 12. ubi quid in ultimis uolunt...
2 *Feneſtra in muro cōi fieri, & haberi de conſenſu ſociorum*
3 *Seruitus dicitur conſtituta, & reſeruata in domo, ſeu ...*
commodis, & incommodis ſuis:
Et quomodo illa uerba cum commodis, & incommodis ...
tur, & nu. 15. & 16.
4 *Seruitutes per quæ uerba dicantur exceptæ, & de nouo ...*
5 *Feneſtra prius facta in muro, qui poſtea communis fuit ...*
teſt iure permittente, inuito ſocio retineri.
6 *Feneſtra in muro communi de nouo fieri non poteſt.*
7 *Feneſtrā in muro proprio facere, ſeu habere magis, lic...*
communi.
8 *Argumentum à maioritate rationis etiam in ſtatutis pr...*
ſumitur.
10 *Ius habēdi feneſtrā in muro proprio, ſeu cōi quæ ſeruit...*
11 *Seruitutum alia habet cauſam permanētem, ſeu perpe...*
ſimpliciter cauſam continuam, & alia cauſam diſc...
& quæ ſit harum qualibet, & nu. 14.
13 *Seruitus luminis, & proſpiciendi, & ne luminibus offi...*
quidē cauſam continuā, ſed non permanentem, ſeu ...
15 *Domus empta cum commodis, & incommodis cum qu...*
tutibus intelligatur empta, & nu. 16.
17 *Clauſula cū omnibus, & ſingulis acceſſibus, & egreſſ...*
uēditione rei appoſita ſolùm ad fauorē emptoris ...
Et quid ea operetur.
18 *Seruitutis imponendę materia eſt ſtricta, & in ea ...*
bis expreſſis, illa ſtrictè, & propriè intelligendo, ...
pro omiſſo habendo.

E P I T O M E.

Feneſtram etiam factam tempore acq...
non licere habere in muro commuui, quan...
aliunde haberi, & recipi poſſit, & ſeruitutem ...
& proſpiciendi, ſeu ne luminibus officiatur, ...
ſeri tacitè reſeruatam, neq; impoſitam in uen...
domus cum commodis, & incommodis, & c...
clauſula in uenditionibus apponi ſolita, cum ...
bus, & ſingulis acceſſibus, &c. hic plenè oſte...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN